STEPHANUS DEI GRA REX POLONIE MAGNUS DUX LITHAniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq[ue] etc.
Princeps Transyluaniæ etc.

Ordinatio Stephani Regis per Ciuit[atem] Cracovien[sem] servanda

Significamus præsentibus litteris nostris quorum interest Vniuersis et singulis. Quia nos bonum ordinem Ciuitatis nr[ost]æ Crac[oviensis] promouere volentes, p[rae]sertim quod animaduerteremus rationem Iuditiorum & officiorum Ciuitatis eiusdem talem esse ut abusus quid[am] irrepisse viderentur. Consiliariorum n[ost]ror[um] consilio communicato, vocatoq[ue] ad se magistratu ciuili ordinationem p[rae]ntem in eadem Ciuitate nostra Cracou[iensi] perpetuo obseruan[dam], statuen[dam], et promulgan[dam] esse duximus, quemadmodum per p[rae]ntes statuimus, et promulgamus. Primum cum videamus, plerosq[ue] homines ex leuissimis caussis mandatorum l[itte]ras á nobis impetrare, eaq[ue] (interdum poenalia) offitijs ciuilibus obtrudere et sic perficere velle, ut potius instantiæ ipsorum (aliqu[a]n[do] importunæ) quam iuri æquitatiq[ue] satisfiat. Ideo Mandata é Cancellaria nr[ost]a, posthac nulla edi mandabimus, quemadmodum p[rae]ntibus mandamus, quibus legittimus Iur[is] & instantiarum ordo et usitatus Iudity processus in quibuscumq[ue] causis & actionibus ad Ciuitat[is] iurisditionem pertinentibus suspendatur vel impediatur. Quod si tamen pro caussæ vel actionis qualitate Magistratus vel partium informationem, res desiderare videbitur, tota caussa, quemadmodum ab eo qui mandatum aliquod petierit, narrata fuerit eodem comprehendetur. Ad quam narrationem si quid respondendum, vel aliter informandum nos successoresue n[ost]ros Magistra:

tus censuerit per eum qui cum eo Mandato se appelauerit, clausis litteris inter bimestre tempus, a die exhibitionis Mandati id faciat. Quod si pretermiserint, et is qui Mandatum attulerat, protestatus eo nomine legittime fuerit, eiusque rei instrumentum indubitatum protulerit aut vero fecerint quidem, sed tamen non satis Causae fuisse quominus prius Mandatum exequuti sint nos Successoresue nri censuerint, tum demum ad poenalia Mandata procedetur. Cum autem vigore Priuilegii Serenissimi olim Wladislai Regis antecessoris nri ad causas quae Ciuibus Cracovien: sive inter se, sive cum alijs extraneis personis intercedunt, Commissarios deputandi facultatem nobis reliquissemus, volumus et decernimus ut Comissiones ad eas omnes causas quaecunque vigore declarationis nrae ad Comissariorum nrorum Iudicium deducentur in personas iuratas, et in officio constitutas dentur. Ita ut contra personam non iuratam nec in aliquo officio constitutam excipere, eiusque Iudicium parti contra quam Comissio impetrata fuerit declinare integrum sit. Quum etiam animaduerteremus de aperiendis et occludendis portis plerumque rixas, et contentiones exoriri atque eo nomine difficultates et odia Magistratui Ciuili comparari. Statuimus et decernimus, ut portae eiusmodi statim post pulsum campanae iuxta antiquam consuetudinem occludantur, nec cuique ante ortum solis aperiantur. Ita tamen ut personarum insigniorum et in Senatoria dignitate constitutarum ratio habeatur. Deinde cum compertum haberemus Bonorum Iure Caduco ad nos deuolutorum, eam esse rationem, ut nonnulla supprimantur, nonnulla etiam quamuis ad ius caducum non pertineant defferantur. Volentes ea in re prospicere ne vel homines frustra molestentur, vel nobis etiam et Fisco nostro aliquid decedat statuimus et ordinamus, ut in Consulatu sit unus nobis et Fisco nro Iuramento obstrictus, qui pro fide et conscientia sua videat, ne vel ea quae nobis et Fisco nro debentur supprimantur, vel homines praetextu iuris Caduci litibus inuoluantur. Edocti etiam sumus ex causis et actionibus, quae hactenus ad Iudicium nrum deuoluebantur esse nonnullos Consules Cracovien: qui ad Iudicium ciuile, in causis priuatis et ratione priuatarum iniuriarum cittati contra compe:

tentiam Iudicis dicunt et forum declinant, asserentes se non nisi
coram nobis respondere debere. Deinde vero postq lris Citatio:
nis nrae, ad Iudm nrm vocati fuerint. Iterum ad forum compe:
tens Iudm vz [illegible] civile provocant, Itaq ne id in posterum aliquam
Iuditij perturbationem pariat, vel tergiversationem promoveat, vo:
lumus et decernimus, ut quandocunq sive omnes Consules, sive a:
liquis ex illis convenitur, ratione offitij sui Consularis pro excessu in
eodem offo comisso, non alibi nisi coram nobis vel comissarijs nris
in arce nra Cracs iuxta declarationem nram, respondere tenea:
tur, quoties vero Consules vel aliquis illorum occone debiti
succonis contractus vel alicuius privatae iniuriae in Ius vocabi:
tur, teneatur, coram Iudo Civili respondere et se se cuius Iure me:
diante iustificare. In Rotulis vero cum errores et negligenti:
as saepius experti essemus, statuimus, ordenamus, et decernimus, ut
deinceps rotuli omnes quicunq a Iuditio Civili Cracs ad ius sup:
premum transmitentur, non nisi in pntia partium earumve procu:
ratorum occludantur, atq processus omnis, qui in Rotulum impo:
nendus est, in earū pntia legatur, vel illis ad legen communi:
cetur, munimenta item omnia per partes producta, suo ordine
in illarū pntia reponantur, et in Rotulum includantur, Si vero
aliqua partium, vel procurator ipsius existens, ad occlusione Ro:
tuli per bedellum Iuditij personalr vocatus non venerit extunc
illius absentia non obstante offm rotulum alteri parti ostendat,
et sic demum occludat, et cui pertinet extradat. Postremo
cum plurimum intersit ut Procuratores apud Iuditia iurati sint,
volumus et decernimus, ut quolibet anno iux antiquam consuetu:
dinem Iuramentum a Procuratoribus, qui in Iudo Civili causas
agunt exigatur. illudq fiat non iuxta novam formulam per Magi:
stratum Civilem non ita pridem conscriptā ex Decreto nro subla:

tam, sed ex praescripto antiquae formulae in ordinatione Serenissimi olim Sigismundi Regis contentam iux Decreta tam Antecessorum nrorum quam etiam nostra de Iuramentis eiusmodi prolata. Quam quidem ordinationem nraz in omnibus punctis et clausulis vimq robur habere perpetuoq observari debere decernimus. Harum quibus Sigillum nrum est appensum testimonio lrarum. Datum Craconiae feria quarta ipso die Exaltationis Sanctae Crucis. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Tertio Regni vero nostri Anno Octavo.

Stephanus Rex

Paulus Sczerbicz Decr. Sacr Regiae Mtis Nos